



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

Pichler, Vitus

Augustae Vindel., 1733

Ad Lectorem Auctor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63440](#)




Ad Lectorem Auctōr.

Non multis adhinc annis successivē & per partes edidi *Candidatum Juris-prudentiae Sacrae*, eo ultra Operis meritum successu, ut intra hoc tempus ab anno 1722. partim in Folio, partim in Octava forma, sextum jam prælum subierit. Interea tamen notatum est, quod, quamvis succincta methodo conscriptus fuerit, nihilominus & rerum copia & operis moles Discipulorum, quos maximè spectabat, animos æquè, ac loculos magis, quam credebam, fatigaverit. Quapropter consultum esse duxi totam doctrinam arctius adhuc constringere, atque in breve redactam Compendium duobus concludere opusculis. Id quod faventibus Superis & Superiorum nutibus aggredior, ut hac ratione Jurium Studiosi tam temporis in legendendo, quam sumptuum in emendo, pariter habeant Compendium.

) 4

Licet

Licet autem animus sit brevitati pro viribus studere, operam tamen dabo, ut vel doctrinæ integritati vel sermonis claritati nihil desit. Pro auctoritate igitur, & patria quasi potestate, quam habere mihi videor in præfatum Candidatum ceu filium meum, non modò minùs necessaria omittere, sed etiam quædam, ubi ad affundendam maiorem lucem è re fore judicavero, addere non dubitabo, nullum mihi scrupulum facinus, et si non adeò strictè, & anxiè nimis, calamum ad primum Opus alligavero; cum sive quisque rei, moderator atque arbitr̄ sit. l. in re mandata. 2s. C. Mandati. Ceterū quoad Citationes securum te esse jubeo, sed simul moneo, ut, antequam legere hoc opusculum incipias, priùs errata hic annotata inspicias, & in suis locis emendas.



Elen-